

8

137A
-15

124

~~27.a. 5-5~~



Biblioteca Univ. de Granada	
GRANADA	
Clase	Caja 2
Estado	
Tabla	Caja 2
Folio	150







del colegio de La Compañia de Jesus de granada.

B^a

INDICES TRES

R. 782

**OBSERVATIONVM
MISCELLANEORVM
VARIARVMQ. LECTIIONVM**

Quibus Veterum scripta partim emendantur, partim illustrantur,
Theologis, Iuriconsultis, Medicis, & Philosophis peruciles, ac potis-
simum Humaniorum litterarum studiosis necessary.

E VIGINTI SEPTEM SCRIPTORIBVS,
Quorum nomina quincta pagina ostendet:

COLLECTI NVNC PRIMVM

A BENEDICTO BLANCVCIO ROMANO
Philosophiæ, ac Sacræ Theologiæ Doctore.

AD ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. D. D.

BARTHOLOMAEVVM CAESIVM
S. R. E. CARD. AMPLISSIMVM



SVPERIORVM PERMISSV

ROMAE. Apud Aloysium Zannetrum. **CIO IO XCVII**





GO Andreas Schottus, Societatis Iesu Sacerdos, iussu Reuerendis. Patris Magistri Sacri Palatij, legi, ac recensui Indices tres *Variarum Lectionum, Observationum, ac Miscellaneorum* è vigintiseptem Scriptoribus, à Benedicto Blancucio Romano collectos: quorum primus est Scriptorum; alter Rerum memorabilium; tertius Vorum singularium Græcarum, Latinarumque: in quibus Indicibus nihil reperi, quod vel Catholicam Religionem violare, vel mores bonos corrumpere possit; quin & Reipub. litterariæ commodo, quò pro Locis communibus adhiberi queant, edi posse censeo. Cuius rei gratia mea manu subscripsi Romæ in Collegio Societatis Iesu, postridie Calendas April. CIO. IO. XCVII.

Andr. Schottus Antuerpianus.

Imprimatur.

Lud. Vicefg.

Imprimatur.

Fr. P. Ioannes Saragosa Magister, & Socius Reuerendissimi P. Magistri Sacri Palatij.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. D.
BARTHOLOMAEO CAESIO
S. R. E. CARD. AMPLISSIMO.



Benedictus Blancucius Romanus S. D.

V hosce primos ingenij fetus, Cardinalis amplissime, & tanquam frugum primitias Tibi offerrem, causæ multæ me impulerunt, quæ vel singula cogere potuissent. Vetus enim consuetudo Græcorum, Romanorumque fuit, vt quæ ingenio elaborata in lucem, aspectumque hominum proferre velent, ea Principi inscriberent viro, qui vel auctoritate à calumnijs tueretur, vel doctrina singulari præditus dijudicaret, aut expoliret. Vt enim parentes liberos suos testamenti tabulis, vel agnatorum tutela, vel amicorum fidei committere solent; sic & libros Scriptorum Principum patrocinio credere consueuerunt. Hinc Augusto Cesari (quo imperante ad summum perductæ litteræ, ingenia Romæ, vt sub Alexandro Magno Athenis, maxime floruerunt) suos de Architectura libros Vitruuius dedicauit. Commodò Imperatori Iulius Pollux Onomasticon obtulit. Antonino Seuero aureum de Venatione, & Piscatu poemata Oppianus inscripsit: & C. Cilnio Macenati, Augusti equali, & per familiari, ingeniorumque sui temporis parenti, certatim, tanquam ad aram numini cuidam, Horatius, Vergilius, & Propertius sua consecrarunt. Cuius cum animi quadam celsitudine vestigijs insistas, Princeps optime, quod doctorum hominum corona, non parasitorum stipatus incedas, quorum, de studijs sacris sermonibus non interesse, sed præesse soles: iusta ea, instarq. omnium causa visa est, cur has qualescunq.

vigilias meas productioribus hisce noctibus elucubratas, nec à
Theologia nostræ studijs abhorretes Tibi nūcupare, & tui nominis
auspicio foras dare auderē. Deinde quod CÆSIAM gentē longē
& antiquissimam, & nobilissimam (vt litterarum monumentis
dotti homines testatum reliquerunt) pridem obseruare, & in ocu-
lis ferre cœperim: pro veteri mea erga fratrem tuum FEDERICVM
AQUÆPARTANORVM DVCEM, obseruantia, multis ab
eo ornatus cum sim beneficijs. Quare magnam in spem veni, fore,
vt eius potissimum erga me benevolentia aditum ad tuam ami-
citiā patefaciat, & quasi fenestram aperiat: tametsi ipse vel
sponte homines litterarum studijs deditos allicere, & in familiā,
(vt nuper plures simul honorificis præmijs inuitasti) adsciscere
soleas. Quod exemplum vtinam hac tempestate multi Præsules, ac
Principes imitati, Gnathones, assentatores, et vètres ab aulis ab-
legarent: florerent sanè ingenia, & liberalium artium studia, quæ
nunc iacere, ac pænè conticescere videntur. Vt verendum etiam
sit, atque vtinam falsus augur sim, ne perpaucorum hominum lit-
teræ fiant, & (quod Deus prohibeat) ad interitum ruant Græca-
rum litterarum, & Humanitatis tractatio, eiusq. germanæ, Phi-
lologia, & Critica: omnibus disciplinis, mea quidem sententia,
non vtilis modò, verum etiam pernecessariæ. Quo in genere, vt de
meis angustijs, & re tenui prodessem, INDICES tres eruditionis
plenos concinnavi: cui labori, vt in congerendo ingenium, ita in di-
gerēdo iudicium adhibui. Vtilitatis quidem publicæ me respectum
habuisse scios quid affecutus sim, tuum erit iudicium, & à te ho-
mines eruditi, equi laborum iudices, existimabunt. Tibi certè si
conatum probauero, vt spero, & opto; erit, cur ad reliqua volu-
mina, quæ meditor, alacrius accingar, aspirante patrocinijs tui
aura, cui me, meaque omnia libens, volensque addico. Vale, am-
plissime Princeps, & litteras fouere, vt cœpisti, perge. Romæ, Pri-
die Kal. Aprilis. Anno CIO. IO. XCVII

INDICES TRES

HOC ORDINE COLLECTI SVNT.

Primus est Scriptorum Sacrorum, Græcorum, Latinorumq̃ veterum, ac recentium: quorum partim obscura loca illustrantur, partim deprauata corriguntur.

Alter Rerum memorabilium est.

Tertius est Vocum singularium Græcæ, & Latinæ linguæ.



SCRIPTORVM

VIGINTI SEPTEM NOMINA

E quibus hi tres Indices collecti.



ITALORVM.



GELLII, vel A. Gellij Noctium Atticarum libri XX.

Macrobij Saturnalium libri VII.

Angeli Politiiani Miscellaneorum Centuria.

M. Antonij Sabellici Annotationes.

Philippi Beroaldi Annotationes varia.

Ioan. Baptista Pij Annotationes.

Ioan. Baptista Egnatij Racemationes.

Domitij Calderini Observationes.

Francisci Floridi Sabini Lectionum Subseciuarum libri III.

Hieronymi Magij Miscellaneorum libri IV.

Roberti Titij Controuersorum Locorum libri X.

Iosephi Castalionis Anconitani Varia Lectiones.

Hieronymi Mercurialis Variarum Lectionum libri V.

Marsilij Cagnati Veronensis Variarum Lectionum libri IV.

GAL-

G A L L O R V M.

- Joannis Brodai Turonensis Miscellaneorum libri VI.*
M. Antony Mureti Variarum Lectionum libri XV.
Petri Pithai Aduersariorum Subseciuorum libri II.
Iuonis Villiomari Animaduersorum libri X.
Iacobi Durantij Variarum libri II.
Antony Nebriffensis Hispani, Quinquagena Tertia.

B E L G A R V M.

- Petri Nannij Miscellaneorum libri X.*
Gulielmi Canteri Nouarum Lectionum libri VIII.
Theodori Canteri Variarum Lectionum libri II.
Ludouici Carrionis Brugensis, Antiquarum Lectionum libri III.
Eiusdem Emendationum libri II.
Luca Fruterij Brugensis, Verisimilium libri II.
Iani Gulielmij Verisimilium libri III.
Eiusdem Plantinae Quaestiones.
Iusti Lipsij Variarum Lectionum libri III.
Antiquarum Lectionum libri V.
Electorum libri II.
Epistolicearum Quaestionum libri V.
Saturnaliorum libri II. &
De Amphitheatris libri II.



AD LECTOREM DE OPERIS UTILITATE.



QVIDEM in ea semper fui sententia, Candide Lector, rectè à Manilio, vetere Poëta, dictum videri,

Pro captu lectoris habent sua fata libelli.

Vt enim captus illius est, in cuius manus liber inciderit, ita bonus, malusvè censerì solet. Ei enim qui uti norit, utilis; qui verò nesciat, inutilis videtur. Nam, vt Plinius maior verè ait, nullus vsque eò ineptus est liber, quin aliqua ex parte prodèssè homini industrio possit. Quare si quis fortè adeò in litteris hospes, ac peregrinus existat, qui *Variarum Lectionum* Scriptores (qui nunc sæculi felicitate propè innumerabiles exorti sunt) aut non attigerit, legeritue; aut si legit, contempserit, hunc ego appello, obtestorq̄ue, vt animum ab omni perturbatione liberum adferat; dum & scriptionis huius originem paulò altius, breuiter tamen, repeto; &, qua mortales pleriq̄ue ducuntur, vtilitatem demonstro. Philologia enim (vt hinc exordiar) disciplinarum omnium socia, vel, vt Martiano Capellæ placet, Mercurij coniux, patet latissimè. Huic ἀντίεσφος est, & quasi altera ex parte Critica respondet; quæ vt Scriptorum omnium virtutes miratur, atque commendat, ita vitia quoque ὀβελίζει, & culpanda censoria quasi virgula notat. Hanc artem princeps factitasse Athenis Aristophanes Grammaticus, eiusque discipulus Aristarchus creditur, de quo & Marcus Tullius refert, solere Homeri versus, quos non probaret, ὀβελίζειν, vt & huius nomen pro Césore, & severo Scriptorum iudice in Prouerbiu[m] cesserit. Aristophanis verò seuera hæc vox ab Athenæo commemoratur *μεγα βιβλίον μεγα κακόν*. Dionysij item duo Critici clari habiti sunt; Longinus alter cognomento, cuius *πρὸς τὴν ὑψηλότητα*, de sublimi dicendi genere libellus hodieq̄ue

extat

extat, laudaturque ab Eunapio Sardonio singulari elogio: alter Halicarnassensis, Rhetor & ille egregius, cuius præter Romanarum rerum libros vndecim de viginti, leguntur & Κοινωνία de Platonis, Herodoti, Thucydidis, & Demosthenis dicendi charactere. Quid Hermogenem Tarsensem de Prudentiæ Methodo differentem, quid reliquos commemorem? Latini Græcorum æmuli, accepta ab illis instaurantes, ipsidem vestigijs institere. Quis enim Fabio Quintiliano in iudicando grauior, in notandis vitijs, virtutibusq. Scriptorum seuerior? vt nihil de M. Terentio Varrone, togatorum doctissimo, eiusque præceptore L. Aelio Stilone dicam. Varronem certè, quæ erat iudicij præstantia, Plautinas Comædias diiudicare, & spurias familia submouere solitum accepimus: omnisque aded Rhetorum, & Grammaticorum natio has sibi iudicandi partes vindicauit, & Critici appellari gaudent.

Horum autem id officium est, vt tanquam Censores familias lustrent; legitima à spurijs discernant: hæc familia submoueat; illa natalibus restituant. Scriptores in classes diuidant, alios vt proletarios in ordinem redigant: deprauatos librorum vitio, vel temporum iniuria emendent, atque instauratos pristino nitore reddant, (vt in Aristorelis scriptis fitu, & squallore corruptis Apelliconem Teium fecisse commemorat Strabo) luxata ac mutila restituant; hiatus expleant, superuacanea rescent, falsa denique obelo fodiant.

Quod verò in vtriusque linguæ Scriptoribus edolandis, & castigandis ingeniorum campus pateret latissimè, eò factum est, tam multos ad hanc diem hoc stadio decurrisse. Hinc varij illi librorum tituli exorti, nimirum Bibliothecæ, Musæ, Prata, Copiæ cornu, Coniectanea, Subseciua, Aduersaria, & Κέρας Αμαλθείας, Πανδύτης, Λεμῶν, Εγγχειρίδιον. Quas inscriptiones, & Plinius maior, & Agellius tanquam Nomenclatores referunt. Quorum hic, quod lucubrations suas ex Atticis potissimùm scriptoribus hauserit, Atticas Noctes inscribendas putauit. M. autè Varro Epistolicas Quæstiones, Valgius Rufus Quæstia per Epistolam, Cesellius Vindex Antiquas Lectiones, Varias alij, & Verisimilium id genus libros inscripserunt. Συμμικτά nonnulli, quæ à prisca voce miscella Miscellanea Politianus, Nannius, Leopardus, & Magius nominarunt, Græci Symposia, & Coniuuales Quæstiones appellarunt, vt Plato, vt Xenophon, vt Plutarchus: Δειπνοσοφιστῶν verò libros, varia doctrina refertos, Athenæus, & Ποικίλην ἰσορίαν Aelia-

Aelianus nominauit, idemque *Animalium Historiam*, & eo longè antiquior Aristoteles, *Natura* verò *Historiam* Plinius auunculus conscripserunt. Omitto reliquos, sunt enim propè innumerabiles. Hos insecutus, vt dixi, Agellius, eiusq. simius in Saturnalibus Macrobius, qui & septimum librum è Plutarchi Symposiacis transtulisse videtur. Post longa serie simul atque litteræ è tenebris existere, lucemq. aspicerè cœperunt, animum ad Eruditionis varia monumenta appulerunt, Beroaldi, Sabellici, Politiani, Egnatii, Cælii, Robortelli, & (qui funem ducere in hoc mihi choro videntur) IVViri, Victorius, Turnebus, Muretus, & quem honoris causa libenter nomino, Iustus Lipsius. Gratulemur itaque felicitati huius sæculi, quo vnà cum Philologia, ceterisq. bonis artibus, reliquæ omnes disciplinæ efflorescunt, & veluti bono in lumine pictura, splendorem accipiunt. Horum è scriptis mihi primùm hos Indices concinnaram; post amicis, qui eum mihi laborem efflagitando extorserunt, in edendo mos gerendus fuit: quod ad multos ea ex re vtilitatem manare posse dicerent. Et quoniam iacta est alea; cum de Scriptionis origine adhuc dixerim, reliquum est, vt de vtilitate breui dicendum esse videatur.

Si hic enim studiorum scopus est, vt partim nobis ipsi, partim patriæ; & amicis (quibus natos nos esse Plato ait) quâ licet, profimus: vitamque legendo, & scribendo procudi oportere, Varro docet; prodesse autem solemus, non cum ijs modò, qui nunc sunt, sed cum omni posteritate colloquendo, sensa mentis, quæque rectè cogitata sint, communicando: dubium nemini esse potest, quin hac qualicumque industria nostra iuuari possint plurimùm, cum ijs, qui quæ rectè didicerint, perspectaque habent, ad posteros transmittere volunt; tum ijs, qui de superiori loco doctoris personam sustinent,

Quique sui memores alios fecere merendo.

Hi vel veterum scripta illustranda, & emendanda, vel viua voce explananda susceperunt. Vtrisque labor hic à nobis exantlatus nimium quantum proderit, tædiumque quærendi tollet, laboremque adimet, aut certè minuet.

Cum enim *Variarum Scriptorum* singularia legendo obseruata, & optima quæque in suos Commentarios dumtaxat referant, duo potissimum legentibus commoda portant. Primum, quòd ea, quæ ab alijs Interpretibus, vt difficilia, omissa sunt, aut non satis rectè, eru-

diteque explicata; vel librariorum negligentia deprauata; vel denique à sinistris correctoribus sunt corrupta, explanent feliciter, lucem adferant; & in integrum restituant; partim ex fide veterum librorum, qui calamo exarati ætatem ferunt; partim Grammaticorum antiquorum auctoritate, & Græcorum scriptorum comparatione. Deinde quòd rara in hos *Variarum librorum* referendo, non necessario sumptu Lectorem liberent; ne tot, tantisque (vt hodie fit) nouis editionibus Aristotelis, Ciceronis, Senecæ, Plinij, Appuleii, ceterorumque & Bibliothecæ impleantur, & loculi exhauriantur, cum vix vnum, & item alterum locum correctores illi magna in titulis professi, illustrarint. Sed hæc ad omnes ex æquo utilitates pertinent: ad singula veniamus.

M. Tullium exempli gratia, Eloquentiæ parentem, vel legendum stylo formando, vt par est, sumpsisti, vel interpretandum: quæ in eo, vel obscura illustrarunt alij, vel corrupta emendarunt, vno adspectu *Index Scriptorum* ostendet. De re aliqua differere acutè more Dialecticorum, vel Rherorum exemplo dicere copiose libet, alter *Rerum Index* siluam exhibet, vbi ligna feces, vbi feras inuestigando reperias. Si de Vocum propria significatione, etymo, vel formula agitur, *Vocum* copiam suppeditamus, quarum non omnibus obuia notio est. Habes de iis artibus, quarum omnis in loquendo opera confumitur: ad Philosophos veniamus.

Rerum naturas abditas, & rara quæque in antiquis Scriptoribus hic recondita inuenies. Historiæ elegantes, quibus ea, quæ de moribus est Philosophiæ pars princeps illustrari solet, & debet, hinc peti possunt. Exempla enim (vt auctor est sapiens ille Stoicus) meliùs quàm ieiunæ præceptiones vitam informare solent, dum ex aliorum erratis vitam ipse in meliùs commutare discis.

Philosophis affines Medicorum filij sunt, qui ablegata è scholis Arabum barbarie, faciliè vident, quàm ad Hippocratis, Galeni, Aëtii, Oribasi, & Dioscoridis scripta intelligenda necessaria sit, & Græcarum litterarum peritia, & Philologiæ, animantiumque historiæ cognitio: Quod vel duo nostræ Italiæ lumina in arte Medica, Hieronymus Mercurialis, & Marsilius Cagnatus exemplo suo comprobarunt. Vterque enim pereruditus *Variarum Lectionum* Commentarios posteritati consecrauit.

Jurisperiti vero, vel me tacente, id clamant, pulsam esse è foro barbariem, eorum opera, ac beneficio, qui Græca cum Latinis, Eruditionemque coniungere parentum memoria tentarunt, feliciter, Budæus, Alciatus, Viglius, Antonius Augustinus, Duarenus, Briffonius, & alij: quos inter familiam singulari doctrina ducere videtur Iacobus Cuiacius, qui Ius adeo doctè illustrat, vt imperitos à suis scriptis, tamquam à sacris profanos, arcere videatur. Cuius Obseruationum libris nihil eruditius fingi potest.

Venio ad scientiarum Dominā, ac Reginā Theologiam, in qua, qui iam in Scholasticæ disciplinæ palæstra diu, multumque exercitati, Sanctorum Patrū scripta euoluere, & apud inftar peruolare volunt, velle autem omnes debent: vel Ecclesiastæ munus sustinent; magna & ipsi profectò ex his libris emolumenta, si recte vti norint, sumere poterunt: vt singulari cōcione in re simili Basilius adolescentes hortatur. Sancti item Augustinus, & Hieronymus suadent, Ethnicorum scriptis, tamquam Aegyptiorum spolijs, Israelitarum exemplo, Dei Opt. Max. templum ornari posse. Cyprianum, Lactantium, & Arnobium quis intelliget, qui à Philologia abhorreat? Et vero in Tertuliano ita caligabit, quasi litteras numquam didicerit. In Clemente Alexandrino, Iustino Martyre, Nazianzeno, Basilio, Chrysofomo, & Theodoro, ceterisque, quanta, Deus immortalis, eruditio? quanta dicendi vis, & eloquentia? quibus omnibus lucem adferunt, & quasi facem præferunt huiusmodi *Lectio* Scriptores. In hoc ipso genere Iacobus Billius, S. Michaelis Abbas, præter Nazianzenum, Damascenum, & Isidorum Pelusiotam ad vnguem expolitos, bonam operam nauauit, editis Obseruationum Sacrarum libris: quibus Sanctorum Patrum loca multa, malè ab hæreticis accepta, tamquam vulnera sanauit.

Quæ cum ita sint, optandum sanè esset, existere Typographum aliquem opulentum simul & industrium, qui omnes id genus Scriptores collectos, & ordine digestos ederet. Qua in re Philologis longè diligentiores Jurisperiti fuerunt, qui nuper dispersa Iuris volumina Venetijs simul collegerunt. Theologi quoque Parisiis libellos sacros, qui dispersi non reperiabantur, Tomis aliquot. titulo *Bibliotheca Sanctorum Patrum* edendos curarunt. Medici quoque nuper veterum suæ Artis Scriptorum opuscula, & recentiorum Epistolas coniunxerunt. Dolendum itaque Humanitatis studio-

fos, qui tamen reliquorum se Scriptorum iudices profitentur, ab
 ijdem diligentia superari. Nos certè pro uirili Rempubliam litte-
 rariam iuuare laborioso hoc INDICE conati sumus: quã quidem in-
 dustriam nostram, si placuisse studiosis, & eruditis hominibus
 (nam imperitos, & maleuolos nihil moror) intellexe-
 ro; erit, cur ad secundum Tomum accingar, qui & ipse
 plures quàm viginti *Variarum* Scriptores, Deo
 benè iuuante, complectetur. Post Tertium
 aggrediar, è Cælijs duobus, Ale-
 xandro Neapolitano, Victorio,
 & Turnebo concinnatum.
 Vale Lector, & frue-
 re, commodo
 quod fiat
 tuo.



S E R I E S SCRIPTORVM GRAECORVM

LATINORVMQVE VETERVM

A C R E C E N T I V M

Qui hoc triplici Indice vel emendantur, vel illustrantur.

Ac primum Sacrorum Librorum.



BIBLIORVM vetus Testamen- tum.

Genes. Moy-
sis.

Daniel Pro-
pheta.

Deuteronomij li-
ber

Ecclesiasticus.

Esdra.

Ezechiel Propheta.

S. Iob.

Leuiticus Moyſis.

Numerorum liber.

Prouerbia Salomo-
nis.

Regum libri.

Nouum Testamentum.

Ioannis

Matthæi } Euange

Marci } lia.

Luçæ }

Acta Apostolorum.

Apocalypſis Ioānis.

S. Pauli Epistolæ.

Sancti Patres Græci.

Adamātius Martyr.

Athenagoras.

Basilus Magnus.

Epiphanius.

Eusebius.

Gregorius Naziāz.

Origenes.

Latini Patres.

S. Ambrosius.

S. Augustinus.

S. Cyprianus.

D. Gregorius Papa.

D. Hieronymus Pref-
byter.

S. Irenæus.

S. Isidorus Hispal.

Canones Iuris.

GRAECI PROFANI.

Aelianus.

Aeschylus.

Aëtius Medicus.

Alex. Aphrodisæus.

Alex. Trallianus.

Anacreon.

Andocides.

Antiphanes.

Antonius Liberalis.

Apollodorus.

Appianus.

Archeſtratus.

Arrianus.

Aristanetes.

Aristides.

Aristoteles.

Aristophanes.

Artemidorus.

Athenæus.

M. Aurelius Antoni-
nus Imp.

Bias.

Bion.

Callimachus.

Clemens Alexan-
drinus.

Demetrius Phale-
reus.

Demosthenes.

Dio Cassius.

Dio Chryſostomus.

Diodorus Siculus.

Diogenes Laertius.

Dionysius Halicar-
naſſeus.

Empe-

Empedocles.
Epigrammata Græca.
Epimenides.
Erasistratus.
Eunapius Sardinus
Euphorion apud Athenæum.
Euripides.
Fauorinus.
Galenus.
Harmenopolus.
Heraclides.
Hermes.
Herodotus.
Hesiodus.
Hesychius.
Hippocrates.
Isacius Tzetzes.
Ioannes Tzetzes.
Iosephus.
Laertius.
Lucianus.
Musæus.
Nemesius.
Nicander.
Nonnus.
Oppianus.
Oribasius.
Orpheus.
Panætius.
Pausanias.
Philo.
Pindarus.
Plato.
Plutarchus.
Pollux.
Porphyrius.
Polybius.
Polyænus.
Proclus.
Procopius.
Q. Calaber.
Scholia iAlexiphar-

maca Nicandri.
Simonides.
Sophocles.
Stobæus.
Strabo.
Suidas.
Synesius.
Theocritus.
Theognis.
Theophrastus.
Theophilus. I. C.
Thucydides.
Tryphiodorus.
Xenophon.
Xiphilinus.

LATINI VETERES.

A Ccius.
Acron.
Aelius Lampridius.
Aelius Spartianus.
Aemilius Probus.
Afranius.
Agellius, siue A. Gellius.
Alphenus.
Ammianus Marcellinus.
Antonini Aug. Itinerarium.
Appuleius.
Arnobius.
Asconius Pedianus.
Asinius Pollio.
Attæius Capito.
Cælius Aurelianus.
C. Iulius Cæsar.
Cællius Vindex.
Caius I. C.
Callistratus I. C.
Calpurnius.
Carmen de Perugilio.

Cassiodorus.
Cato.
Catullus.
Cæcilius poeta.
Celsus.
Cicero.
Claudianus.
Cloatius.
Codex Iustiniani Imp.
Columella.
Cornelius Nepos.
Corn. Tacitus.
Digestorum liber.
Diomedes.
Donatus.
Duodecim Tabularum leges.
Ennius.
Epitome Iuliana.
Fabius Pictor.
Festus.
Frontinus.
Fulgentius.
Furius Antias.
Gellius, siue Agellius.
Gratianus.
Germanicus.
Helvius Cinna.
Horatius.
Institutiones Iustiniani Imp.
Iulius Firmicus.
Iulius Hyginus.
Iul. Rhetor.
Iustiniani Imp. Institutiones.
Iuuenalis.
Labeo.
Laberius.
Lactantius.
T. Liuius.

Luca-

Lucanus.
 Lucilius.
 L. Annæus Florus.
 Lucretius.
 Macrobius.
 Manilius.
 Marcellus Empiricus.
 Martianus Capella.
 Martialis.
 Massurius.
 Metelli oratio apud Gellium.
 Minutius Felix.
 Modestinus.
 Nævius.
 Nonius Marcellus.
 Ovidius.
 Pacuvius.
 Pandectæ Juris.
 Panegyricus ad Constantinum Imp.
 Papinianus I. C.
 Papinius poëta.
 Paulus I. C.
 Pædo Albinouanus.
 Persius.
 Petronius Arbiter.
 Plautus.
 Plinius.
 Pomponius I. C.
 Pomponius Mela.
 Porphyrius in Horatium.
 Priscianus.
 Probus.
 Propertius.
 Prudentius.
 Q. Claudius Quadrigarius.
 Q. Scævola.
 Quinctilianus.
 Sallustius.

Scribonius.
 Sempronius.
 Seneca pater, Rhetor.
 Seneca F. Philosophus.
 Q. Serenus.
 Særvius in Vergilium.
 Sex. Pöpeius Festus.
 Sex. Aurel. Victor.
 Sidonius Apollinaris.
 Suetonius.
 Symmachus.
 Tacitus.
 Terentius.
 Theodosius Imperator.
 Tibullus.
 Tiro Tullius.
 Titinnius.
 Tranquillus, Vide Suetonius.
 Trebellianus.
 Trogi Pompeii Epitome.
 Tubero.
 Turpilus.
 Valerius Maximus.
 Val. Flaccus.
 Val. Probus.
 Varro.
 Vegerius.
 Velleius Paterculus.
 Verrius Flaccus.
 Vibiscus.
 Virgilius.
 Vitruvius.
 Vlpianus.
 Vopiscus.
 Vulcatius.

L A T I N I
Recentiores.

A Cæursius.
 Adagiorum scriptor.
 Adrianus Turnebus.
 Albertus Magnus.
 Andreas Alciatus.
 Angelus Politianus.
 Bartolus I. C.
 Baysius.
 Calius Rodiginus, & Calcagninus.
 Carolus Sigonius.
 Dantes.
 Dionysius Læbinus.
 Domitius Calderianus.
 Felicianus.
 Felinus.
 Flavius Blondus.
 Franciscus Connanus.
 Franc. Luifinus.
 Calcottus Martius.
 Gulielmus Budgus.
 Gulielmus Cæterus.
 Hermolaus Barbarus.
 Hieronymus Mercurialis.
 Iacobus Constãtius.
 Iac. Cuiacius I. C.
 Iac. Cruquius.
 Ioachinus Perionius.
 Ioannes Ferraricus.
 Io. Goropius, Becanus.
 Lævinus Torrétius.
 Laurentius Valla.
 Laza-

Lazarus Bayfius.
Leonardus Aretinus.
Ludouicus Ruffardus.
Ludouicus Viues.
Marcellus Vergilius.
Muretus.

Nicolaus Liranus.
Onuphrius Panuinius.
Panormitanus.
Petrus Victorius.
Petrus Aponensis.
Philippus Beroaldus.
Pierius Valerianus.

Rebuffus.
Robertus Titius.
Robortellus.
Salesberienfis.
Scaligeri duo.
Sigismundus Gelenius.
Theodorus Gaza.
Thomas Linacer.



CANDIDO LECTORI S.



HUNC quidem AVCTORVM ordinem seruasse oportuit; fatebor enim: Verum ne tanta Indicum varietas minus peritis errandi ansam praberet; vel confusionem, ut solet, pareret, duplici Alphabeti serie, Græcorum, Latinorumq. Scriptorum contenti fuimus: ut si in priori ordine frustra quaeris, reperias in altero. Dum enim nimis properant Librarij, accidit in conglutinando, Græcos interdum Latinis esse permixtos. Verum in altera editione hæc corrigentur: nam, ut Euripides ait, Ἰδὲ τῶν ἑσθλῶν δὲ σὺ φέρει; Secundæ curæ sapientiores erunt. Illud quoque te ignorare nolim, operarum Typographicarum negligentia factum esse, ut initio LIPSVS perpetuo legatur, qui LIPSIVS tribus syllabis nominandus est, vir nostro saculo ingenij, iudicijque præstantia in litteris coryphaus. Vale.



INDEX

INDEX PRIMVS SCRIPTORVM

Qui partim illustrantur, partim emendantur.

In tres Partes diuisus.

I. SACRORVM LIBRORVM.

II. GRAECORVM.

III. LATINORVM, cum Veterum, tum Recentium.

*Collectus à Benedicto Blancucio Romano, Philosophia,
& sacrae Theologiae Doctore.*



INDICIS PRIMI PARS PRIMA.

BIBLIA SACRA.



GENESIS caput 6.
de vita hominis cōtra Lactantium va-
riè explicatū] Ma-
gius lib. 1. miscell.
cap. 4. & Florid. 2.
succif. cap. 4.
Cap. 24. de Medita-
ri, explicatus lo-
cus] Nebriff. in Quinquag. cap. 27.

Cap. 35. de Debora explicatus locus]
Idem cap. 14.

Cap. 38. de Cananxo, explicatus] Idem
cap. 48.

LEVITICI 2. & 6. capp. de Simila, & si
milagine explicatus.] Nebriff. cap. 40.
Cap. 6. de collyridis explicatus.] Nebriff.
in Quinquag. cap. 40.

Cap. xi. de Charadrio explicatus] Idem
cap. 9.

Ibidem de Mygale animalis explicatus.]

Idem cap. 30.

Ibidem de Onocrotalo explicatus] Idem
cap. 35.

Cap. 20. de Phytonibus locus explica-
tus] Idem cap. 34.

Ibidem de Lepore ruminante explicatus]
Mercur. 5. Miscell. cap. 15.

NUMERORVM cap. 23. de Rethma
locus explicatus, & collatus cum 3. Reg.
cap. 9.] Nebriff. in Quinquag. cap. 1.

Cap. 34. de Daphne explicatus] Idem
cap. 13.

DEUTERON. cap. 14. de Camelopar-
dalis, & de Charadrio explicati loci.]
Nebriff. in Quinq. cap. 7. Ibidem c. 9. de
Onocrotalo explicatus] Idem cap. 31.

Ibidem cap. 25. de vxore fratris mortui
ducenda ab alio fratre explicatus] Iosf.
Castalio lib. Varia. cap. 15.

I. Regum cap. 5. de Beth Dagon explicatus
locus] Nebriff. cap. 6. Ibidem cap. 28.

A de



- de Pythonibus expositus.] Nebri. c. 24.
 2 Reg. cap. 6. de Collyrida explicatus]
 Idem cap. 12.
 Cap. 21. de Michol expositus,] Idem
 cap. 29.
 3. Reg. cap. 2. de osculari manum explica-
 tus] Lipsius 2. Electorum cap. 6.
 4. Reg. cap. 6. de Histris expositus.] Ne-
 briffen. in Quinquag. cap. 42.
 II. Paralip. cap. 2. de lignis arconitinis ex-
 plicatus locus] Nebriff. in Quinquag. c. 11.
 PSAL. 15. de Dextera explicatus] Ne-
 briffen. in Quinquag. cap. 38.
 Psal. 21. examinatus in principio.] Nebr.
 in Quinquag. cap. 24.
 Psal. 30. locus explicatus] Nannius 2. Mi-
 scell. cap. 4.
 Psal. 31. de Chamo, & fræno locus expli-
 catus] Mercur. 5. var. c. 5. An idem sit
 cum loro] Nannius 2. Miscell. cap. 9.
 Psal. 44. de scutularis explicatus] Nebr.
 in quinq. cap. 35.
 Psal. 109. de sedere ad dexteram, explica-
 tus] Idem cap. 38.
 Psal. 119. de Rethamim expositus] Idem
 cap. 1.
 Psal. 138. de Nimis explicatus] Nannius
 2. Miscel. cap. 12.
 PROVERB 3 cap. de Dextera explica-
 tus] Nebriff. cap. 15. Ibidem cap. 8. de
 Meditari expositus locus] Idem cap. 27.
 Cap. vltimo de Cananæo explicatus] Idē
 cap. 48.
 ECCLESIASTICI cap. 33. de Simi-
 la, & similigine expositi loci] Nebriff.
 in Quinq. c. 43. Locus alter explicatus]
 Magius 1. Miscell. cap. 17.
 ESDRÆ cap. 6. de Maniano locus expli-
 catus] Nebriff. in quinq. cap. 26.
 IOB cap. 31. de Osculari manum, explica-
 tus locus] Lipsius 2. Elect. cap. 6. Mu-
 ret. in varijs.
 ISAIÆ cap. 28. de Gith, & Gesach ex-
 plicatus locus] Nebriff. cap. 19.
 Cap. 34. de Onocrotalo expositus locus]
 Nebri. cap. 32.] Ibid. cap. 68. de Medi-
 tari explicatus] Nebriff. cap. 27.
 IEREM. cap. 2. de herba fullonum expli-
 catus locus] Nebriff. cap. 21.
 EZECH. cap. 1. & 8. de Electro loci ex-
 plicati] Nebriff. in Quinq. cap. 17.
 DANIEL cap. 14. de Schino, & Prino lo-
 cus explicatus contra Iacobum Constan-
 tium] Nebriff. cap. x.
 AMOS cap. 6. de vino locus explicatus.]
 Mercur. 1. var. cap. 27.
 MALACHIÆ cap. 3. de Herba fullo-
 num explicatus locus] Nebriff. cap. 21.
 Ex *Novo Testamento*.
 MATTHÆI cap. x. de Zonis explica-
 tus] Nebriff. cap. 44.
 Cap. 19. de Tibicinibus locus explicatus]
 Nebriff. c. 45. & Magius 1. Miscell. c. 13.
 MARCI cap. 5. de Tabitha locus exposi-
 tus] Idem cap. 44.
 LVCAE 1. cap. de Signis explicatus]
 Nannius 7. Miscel. cap. 14.
 IOANNIS V. cap. de Bethsaïda explica-
 tus] Nebriffen. cap. 5.
 ACTA APOST. Cap. 17. de Crinibus
 præcis in naufragio explicatus locus] Du-
 rant. 2. var. cap. 9.
 Cap. 27. de Melita Insula explicatus lo-
 cus] Idem cap. 28.
 Cap. 28. de Castoribus locus expositus]
 Nebriff. Ibidem cap. 27.
 D. PAULI Epist. 1. ad Timoth. cap. 5. de
 Matronis locus illustratus] Durant. 1.
 Varia. cap. 7.
 APOCAL. 1. de Oricalcho locus expli-
 catus] Nebriff. Ibidem cap. 4.



INDICIS PRIMII SCRIPTORVM

PARS II.

QVAE EST GRAECORVM.



ALIAN. lib. 1. var. hist. de Myrmecide locus expensus.] Cagnat. 3. var. c. 17.

Lib. 2. de Anniceti locus explicatus.] ibid.

Lib. de histor. animalium locus reprehensus.] Brodæus

4. Miscell. cap. 4.

Lib. 7. var. histor. de Roma locus castigatus.]

Titius 7. Contro. c. 13.

Lib. 13. var. histor. locus de Xenocrate restitutus.] Titius 9. contro. c. 18.

13. histor. de bitumine fossili collarus cum Strabone.] Cagnat. 4. var. c. 14.

Lib. 14. de hist. animal. locus de fluminis nomine emendatus.] Titius 3. contro. c. 3.

In var. hist. de Pindaro locus emendatus.] Titius 5. contro. c. 17.

AESCHILI apud Stobæum ser. 119. versus emendati, & restituti.] Th. Canter. 1. var. c. 14.

In Persus locus restitutus.] G. Canter. 8. nouar. c. 1.

De septem ad Thebas restitutus.] G. Canter. 1. nouar. c. 5.

Locus notatus, & explicatus.] Canter. 2. nouar. c. 19.

Versus restitutus.] Canterus 8. nouarum. cap. 11.

Versus apud Galen. duo restituti] Canterus 3. nouar. lect. cap. 5.

Apud Stobæum serm. 117. locus de morte examinatus.] Titius 4. contro. c. 20.

AESCHINIS in Ctesiphontem locus explicatus.] Brodæus 5. c. 12.

ALEX. Tralliani locus de bile restitutus.] Mercur. 1. var. c. 23.

Lib. 8. c. de profluvio sanguinis locus emendatus] Cagnat. 3. var. c. 3.

ALEX. Aphrod. problema latinè versum] Titius 9. contro. c. 5.

Lib. probl. 1. locus de vino gelascente confutatus] Brodæus 5. c. 31.

1. Probl. locus de Lucijs emendatus, & explicatus] Mercur. 1. var. c. 16.

2. Quæst. nat. c. 20. locus de Somno refutatus.] Mercur. 2. var. c. 15.

Anacreontis in Odis loca restituta.] Canter. 2. nouarum. c. 13.

Biusdem carmen expositum, alterum correctum.] Canterus 5. nouarum. c. 7.

Andocidis in Orat. de misterijs locus correctus] Canter. 8. nouarum. c. 10.

Antiphanis in Omphale versus de aqua explicati.] Mercur. 1. var. c. 8.

Apollochorus lib. 2. Biblioth. restitutus] Canter. 3. nouarum. c. 13.

De Titanum progenie emendata loca] Canter. 4. nouarum. c. 13.

APPIANUS & Κελευθῆς emendatus] Brodæus 3. Misc. c. 16.

Lib. 1. Bellorum ciuili. locus de Graccho notatus] Lipsius 1. elect. c. 8.

Ibid. de Octauio locus notatus] Lipsius 1. electo. c. 23.

Lib. 5. locus de nauibus submittendis explicatus] ibid.

Archestrati apud Athen. 3. Dipnos. versus vitati] Mercur. 1. var. c. 25.

Archigenis apud Gal. locus emendatus] Mercur. 1. var. c. 5.

Arethæus in lib. *de χρονιαῖν παθῶν* locus de Insania explicatus] Mercur. 3. c. 15.

Artiani in Epictetum plura loca emendata] Brodæus. 6. c. 17.

Artillidis in Apolog. communi locus inuersus] Canter. 4. nouarum. c. 18.

In Orat. pro Rhetorica locus illustratus] Canter. 6. nouar. c. 15.

Aristæneti loca emendata in Epistolis] Canter. 3. nouar. c. 19.

Aristophanis locus declaratus] Brodæus 1. Misc. c. 36.

Loca duo correctæ] Canter. 6. nouar. c. 7.

Locus corruptus restitutus.] Canter. 4. nouar. c. 18.

In Nebulis loca explicata] Brod. 5. c. 18.

Ibid. locus de filijs Hippocratis explicatus] Cagnat. 4. var. c. 1.

- In Auiibus, & Lystrata restituta loca.] Canter. 5. nouar. c. 3.
 Ibid. versus restituti, & explicati.] Carrio. 2. emend. c. 13.
 In Comædia Εἰρήνη locus explicatus.] Cagnat. 2. var. c. 18.
 In Pluto versus restituti, & explicati.] Brod. 1. Miscel. c. 7.
 In Vespis locus explicatus.] Ibid. & Interpres notatus.] Cagnat. 3. var. c. 16.
ARISTOTELES in Categorijs de verbo, Habere, locus illustratus.] Muret. 6. var. c. 7.
 In lib. Post. syllogismi definitio latinè versâ.] Gell. 15. noct. att. c. 26.
 In Post. Analyt. de Prænotionibus locus explicatus.] Muret. 6. var. c. 1.
 6. Phys. locus de Achilleo argumento Zenonis explicatus.] Titius 2. contr. c. 14.
 In Rhetoricis locus explicatus, & restitutus.] Magius 4. Miscel. c. 17.
 1. Rhetor. loci quidam ex Platone sumpti.] Muret. 11. var. c. 18. & 12. c. 13.
 Ibid. locus de Felicitatis partibus correctus.] Muret. 7. var. c. 7.
 Ibid. locus alter emendatus.] Titius 7. c. 6.
 Ibid. de probitate dicentis locus correctus.] Muret. 2. var. c. 1.
 Ibid. locus cum Iocrationis oratione aduersus Sophistas collatus.] 4. var. c. 11.
 Ibid. locus; ab Amicis cauendum illustratus.] Muret. 2. var. c. 11.
 2. Rhetor. contra P. Victor. locus explic.] Muret. 8. var. c. 2.
 Ibid. de Contrariorum potest. locus explic.] Item & emendatus.] 8. var. c. 7.
 Ibid. de eadem re locus explic.] c. 8.
 3. Rhetor. loci duo restituti.] 7. var. c. 8.
 1. Topicorum loci duo correcti.] 6. var. c. 8.
 Ibid. de particula *ως* illustratus locus.] 7. c. 9.
 2. Topic. locus de *τέρας* correctus, & illustratus.] 7. var. c. 10.
 2. Meteor. error confutatus.] Magius 3. Miscel. c. 6.
 Ibid. alter locus confutatus.] c. 15.
 2. Meteor. locus de ventis contra Lucretium defensus.] Titius 5. contro. c. 2. explicatus idem ex Olympiodoro.] Ibid.
 3. Meteor. de Casu Anapheontis examinatus.] Mercur. 5. var. c. 7.
 4. Meteor. locus de sale, & nitro confutatus.] Mercur. 4. var. c. 9.
 Ibid. de Antiperistasi defensus locus.] Th. Canter. 1. var. c. 6.
 Ibid. de sale defensus.] c. 10.
 4. Meteor. locus de Ceruorum sanguine notatus.] Th. Canter. 1. var. c. 19.
 1. Polit. de Origine seruitutis locus restitutus.] Muret. 15. var. c. 12.
 2. Polit. de Hippodamo locus correctus.] Muret. 1. var. cap. 14. Alter locus Herodoto collatus.] Merc. 4. var. c. 3.
 Ibid. locus de Ebriorum pœna emendatus.] 14. var. c. 12.
 7. Polit. de domibus, & ventis locus emend.] 14. var. c. 14.
 Ibid. de felicitate emendatus.] 9. var. c. 5.
 Alter locus restitutus.] 6. var. c. 8.
 Ibid. locus de Iure ciuili correctus, & illustratus.] Muret. 8. var. c. 13.
 1. Ethic. Nicom. locus de Verbis circularibus explic.] Titius 3. contro. c. 22.
 4. Ethic. prouerbium explicatum.] Beroal. in append. Annot. c. 3.
 Ibid. locus emendatus.] Canter. 4. noua. cap. 27.
 5. Ethic. locus expositus.] 3. noua. c. 15.
 6. Ethic. cap. 6. locus illustratus.] Canter. 1. var. c. 2.
 6. Ethic. c. 6. locus contra Lambinum defensus.] Th. Canter. 1. var. c. 1.
 1. de Histor. animal. c. 11. locus de Capris examinatus.] Mercur. 2. var. c. 10.
 3. de hist. animal. c. 16. de Strumis loci examinati contra Gazam.] Mercur. 6. var. cap. 10.
 Ibid. locus de pilis palpebrarum expensus.] Mercur. 5. var. c. 9.
 5. de hist. animal. c. 19. locus de animalibus perpensus, & explicatus.] Item & emendatus.] Mercur. 3. var. c. 14.
 Eodem lib. c. 22. locus de melle correctus, & explicatus.] 2. var. c. 24.
 Ibid. locus de bombyce castigatus.] Cagnat. 4. var. c. 11.
 Ibid. locus de animalibus in igne, & niue natis defensus.] Th. Canter. 1. var. c. 23.
 Idem locus aliquomodo castigatus.] c. 24.
 Ibid. de mellis tractatione locus examinatus de vera lectione.] 2. c. 4.
 Collatus cum Plinio lib. 11. cap. 10.] Ibid.
 Ibid. de fauis vesparum locus emendatus.] Th. Canter. 1. var. c. 7.
 6. de histor. locus de Camelinis carnibus examinatus.] Mercur. 2. var. c. 5.
 Ibid. de ouorum putamine locus notatus.] Th. Canter. 1. var. c. 9.
 7. de hist. animal. c. 2. de Menstruis locus notatus.

- tatus.] 5. var. c. 4.
 Ibid. locus alter notatus.] 7. c. 4.
 Lib. eodem c. 10. de risu puerorum examina-
 tus.] Mercur. 5. var. c. 17.
 8. de hist. animal. c. 21. & 23. loci emendati.]
 Mercur. 6. var. c. 10.
 Ibid. cap. 5. locus de Hyæna explicatus.] 6.
 cap. 18.
 Ibid. de equorum morbis locus suppletus.]
 Th. Canter. 1. var. c. 7.
 Ibid. c. 2. locus de rabie restitutus, defensus,
 & explicatus.] Mercur. 1. var. c. 2.
 10. Cap. vlt. An bellæ somnient examina-
 tus.] Mercur. 5. var. c. 17.
 2. de part. animal. cap. 4. locus de sanguine exa-
 minatus.] Mercur. 6. var. c. 2.
 3. de partibus locus de lumbis castigatus.]
 Cagnat. 4. var. c. 7.
 Ibidem c. 15. locus de leporis coagulo per-
 pensus.] Mercur. 5. var. c. 12.
 3. de generat. animal. locus notatus.] Th.
 Canter. 1. nouar. c. 9.
 4. Probl. 22. emendatus, & explicatus.] Mer-
 cur. 1. var. c. 9.
 Lib. 5. probl. 1. loci emendati.] ibid.
 Ibid. probl. 8. locus de eadem re explica-
 tus.] ibid.
 Sect. 1. probl. 12. de Smyrna explicatus.] 6.
 var. c. 24.
 Sect. 5. probl. 5. locus expensus.] Mercur. 6.
 var. c. 3.
 13. Sect. probl. de aqua marina illustratus.]
 Cagnat. 3. var. c. 9.
 20. Sect. probl. de mente locus ex Hippocr.
 correctus, & illustratus.] Mercur. 4. c. 8.
 23. Sect. probl. 26. locus explicatus.] Mercur.
 1. var. c. 17.
 31. proble. de Epilepsia confutatus.] 4. var.
 cap. 9.
 31. Sect. proble. 7. de auribus, & vlcibus
 locus notatus.] Mercur. 6. var. cap. 24.
 34. probl. 1. locus de dentibus perpensus.]
 6. var. cap. 8.
 44. probl. sect. x. de ructu explicatus.] 6. var.
 cap. 18.
 Eiusdem problemata duo explicata.] Gell.
 19. noct. att. cap. 4.
 Aliud problema explicatum.] ibidem cap. 6.
 Lib. de Sideratione locus de antiperistasi de-
 fensus.] Th. Canter. 1. var. cap. 6.
 De Sensibus, & sensilibus locus de oculo-
 rum splendore in tenebris notatus.] Th.
 Canter. 1. var. cap. 9.
 Lib. de Sanguinis locus emendatus.]
- Th. Canter. 2. var. cap. 16.
 Alter locus ibidem ex Plinio emendatus.]
 cap. 17.
 Lib. (ωικαὶν de pisce a fello emendatus.]
 Mercur. 4. 2at. cap. 16.
 Lib. de memoria locus explicatus.] Gell. 7.
 noct. att. cap. 6.
 Lib. de Ebrieta re locus expositus.] Macro-
 b. 7. Satur. cap. 6.
 Arthemidori lib. 1. sylux somniorum cap. 50.
 locus illustratus.] Lipsius 2. electo. cap. 15.
 Athenagoræ, in Apol. loci duo restituti.] Can-
 terus 8. nouarum cap. 8.
 ATHENÆI defectus insignis suppletus in Dip-
 nosoph.] Canterus 3. nouarum. cap. 31.
 Locus restitutus.] Canter. 4. nouarum.
 cap. 17.
 In Anaxandro, & Pherecrate, & alijs quam
 plurimis locis restitutus.] Canter. 4. noua-
 rum. cap. 5.
 Locus de Osprio explicatus.] Merc. 4. var.
 cap. 5.
 De cenis alter locus explicatus.] 4. cap. xi.
 De Cephsidoro locus explicatus.] Durat. 1.
 var. cap. 13.
 1. Dipnos. cap. 17. & lib. 10. cap. 9. emen-
 datus.] Magius 1. misc. cap. 18.
 Lib. 2. locus de medulla explicatus.] Cagn.
 3. var. cap. 12.
 Lib. 3. emendatus de Stracte.] Brodæus 5.
 cap. 7.
 Alia loca emendata.] cap. 15.
 In 3. locus de Tracta explicatus.] Mercur. 1.
 var. lec. c. 12.
 Locus de Aconito emendatus.] Mercur. 3.
 var. cap. 4.
 Lib. 5. locus restitutus.] Canterus 7. noua-
 rum cap. 23.
 5. cap. 8. explicatus.] Magius 1. Miscell.
 cap. 12.
 Ibid. de Togis Romanorum locus explica-
 tus.] Ticius 9. Contro. cap. 24.
 Lib. 9. circa initium locus suppletus.] Th.
 Canter. 1. var. cap. 8.
 Lib. 11. illustratus locus.] Canter. 6. noua-
 rum. cap. 15.
 Lib. 14. locus explicatus de palmis.] Mercur.
 1. var. cap. 3.
 Ibid. locus de Strabonis patria castigatus.]
 Cagnat. 3. var. cap. 20.
 Lib. 16. locus de Anazarbeo explicatus.]
 Cagnatus 2. Var. cap. 28.
 Ibid. de vnguentis locus emendatus.] Mer-
 cur. 1. var. cap. 211.

APVxius lib. Mithæarum de prima face locus explicatus.] Brodeus 4. c. 33.
 Mithæ. 1. & 9. lib. loca plurima emendata. [ca.] Gulielm. in Trinumo. cap. 3. 4. 6. 7. & 3. loci correcti.] Lipsus 2. Epist. 22.
 Ibid. loci correcti.] Gulielm. 2. Verif. c. 4.
 Ibid. loca emendata, & explicata.] Beroal. in Annotat. in Apul. & Durant. 1. var. c. 11.
 Lib. 4. loca sex emendata, & explicata.] Pius in Annotat. annotat. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
 Lib. 6. locus de cælesti Dea explicatus.] Lipsus 5. epist. 22.
 Lib. 8. loci duo explicati.] Idem 3. epist. 12. & Titius 9. Controu. cap. 17.
 Ibid. de Porro Quirites emendatus locus.] Th. Canter. 1. Varia. c. 3. Alter locus restitutus.] Villioma. in Titij lib. 9. Controu. cap. 17.
 Lib. 8. & 9. loci plures correcti.] Lipsus 2. Epist. epist. 22. & 2. electo. cap. 15. de stigmati.
 Lib. 11. locus de Horis correctus.] Idem 2. electo. c. 18.
 I. LIB. Floridorum locus restitutus.] Pithæus 1. aduersa. c. 16. & 17. Alter locus restitutus.] Idem lib. 2. c. 14.
 Ibid. ab initio locus correctus.] Lipsus 1. electo. c. 18. & Fruter. 2. Verifimil. c. 16.
 Lib. 2. de Samo locus emendatus.] Titius 6. Contro. c. 9.
 Lib. 3. Locus interpolatus.] Fruter. 2. Verifimil. c. 16. Ibidem de Præfæine locus restitutus.] Muret. 9. var. c. 3. Ibidem locus de Principibus correctus.] Lipsus 1. electo. c. 18.
 Lib. 4. duo loci correcti.] Ibid. Lipsus, & Gulielm. in Miscell. c. 4. & Pithæus 1. aduers. cap. 17.
 Ibid. locus de Asclepiade correctus.] Lipsus 2. Electo. c. 21.
 Ibid. & lib. 7. alii tres loci emendati.] Gulielm. 3. Verifim. c. 13.
 APolog. I. lib. loci tres restituti.] Lipsus 2. electo. c. 21. & 2. Epistol. 2. 2. Pithæus 2. Aduers. cap. 11.
 Locus de Vmbris explicatus.] Brodeus 5. Miscell. cap. 11. Ibidem alii loci emendati.] Th. Canter. 2. var. cap. 9. Pithæus 2. aduers. c. 18. & Fruter. 1. Verifim. c. 17.
 Lib. 2. locus de Computatione explicatus.] Nebriffen. in Quinq. c. 15.
 Locus de Cludine illustratus.] Lipsus 1. Elec. cap. 28.
 Lib. De Deo Socratis loci duo emendati.] Idem 2. electo. c. 18. & 21. & 2. Epist. 22. Ibidem de

Iufurando locus explicatus.] Lipsus 1. B. lect. c. 18. Pithæus 2. aduers. c. 10.
 Lib. de Dogmate Platonis loci emendati.] Canter. 1. var. c. 13. Titius 3. Contro. c. 12.
 Lib. de Mundo locus de Frumentaria correctus.] Lipsus 1. electo. c. 8.
 Repone supra in A. suo loco.

B

Biantis sententia de Amicitia modo, apud Cicer. explicatur.] Magius 4. Miscell. cap. 18.
 Bionis Smyrnæi carmen emendatum.] Canter. 1. var. c. 20.
 Bionis, & Menandri versus castigati.] Canter. 8. nouarum. cap. 3.

C

Callimachi versus in Dianam restituti, & declarati.] Titius 8. contro. c. 9.
 Gugl. Canteri ibi reiecta opinio.
 Eiusd. versus duo restituti.] Canterus 4. nouarum. c. 23.
 Eiusd. versus restitutus.] Canter. 2. var. lect. c. 13.
 Eiusd. versus alias restitutus.] Th. Canter. 2. var. c. 13.
 Clem. Alex. in 1. Stroma. emendatus tribus in locis.] Brodeus 1. Miscell. c. 19.
 5. Stromat. locus de Pindaro emendatus, & illustratus.] Th. Canter. 2. var. c. 11.
 Eiusdem versus correcti.] ibid.
 Pedagogi lib. 2. de Vnguento quodam locus emendatus.] Titius 4. contro. c. 15.
 3. Pedag. cap. 3. locus ex Athen. restitutus.] Mercur. 5. var. c. 9.
 Eiusd. loci duo restituti.] Canter. 8. nouarum. cap. 17.

D

Demetrii Phalerei lib. de Elocutione locus de Vase scortorum declaratus.] Mercur. 6. var. c. 6.
 Eiusd. locus correctus in initio.] Muret. 1. var. c. 16.
 Demosthenis locus cum Salustio comparatus.] Gell. 2. noct. c. 27.
 Eiusd. locus explicatus de pileis.] Brodeus 1. Miscell. c. 12.
 In 3. Philipp. loca emendata.] Canterus 8. nouar. c. 2.
 Dio Chrysof. orat. 1. locis duobus correctus.] Canter. 2. nouar. c. 27.
 Orat. 3. de Regno locus suppletus, & illustratus.] Canterus 1. var. c. 10.

- DIO** Cassius lib. 4. loci duo explicati.] Lipsius 5. Antiq. cap. 8.
- Lib. 9. de Claudio Imp. locus de lectica explicatus, & correctus.] Lipsius 1. electo. cap. 19.
- Histor. lib. 39. tria loca castigata.] Canterus 3. nouar. lect. c. 21.
- Ibid. de nepote Pompeii cum Suetonio locus conciliatus.] Lipsius 2. elect. c. 17.
- Lib. 55. locus de Germanis restitutus.] Lipsius 1. antiq. c. 6.
- In Commodio locus explicatus.] 3. antiq. c. 7.
- Lib. 57. de Archelao locus de lecticis verè explicatus.] Lipsius 1. elect. c. 19.
- Lib. 58. locus emendatus.] Lipsius 3. Epistol. epist. 11.
- DIOD.** Siculi Bibliothecæ loca duo restituta.] Canter. 4. nouar. c. 9.
- Alter locus emendatus.] Canterus 7. nouar. cap. 7.
- DIOG.** Laertii in vita Arcefilai locus illustratus.] Muret. 11. var. cap. 11. Vide, Laertius.
- Dionys.** Alycarnassensis emendatus.] Canter. 2. var. c. 15.
- Lib. 1. loca duo restituta.] Canterus 3. nouarum. c. 27.
- Lib. 9. emendatus.] Brodæus 1. Misc. c. 9.
- Lib. 68. ἐστὶν ἑστὶν ἑστὶν ἑστὶν locus restitutus de Euripide.] Th. Canter. 2. var. c. 15.
- E
- E**mpedoclis sententiæ de animo à Tertul. correctæ.] Canter. 1. var. c. 5.
- Epigrammata Græca tribus locis expurgata.] Canterus 3. nouar. c. 23.
- Epimenidis versio correctæ.] Canter. 1. nouar. lect. c. 15.
- Epiphanij hæres. 76. locus emendatus.] Canterus 2. nouarum. lect. c. 27.
- Erasistratus apud Gell. lib. 16. c. 3. explicatus.] Magius 2. Miscell. 1.
- Lib. 1. ἡσπέρται locus de inedia Scytharum explicatus.] Mercur. 6. var. c. 12.
- Ibid. apud Agellium lib. 16. c. 3. de inedia explicatus.] Mercur. 6. var. c. 8.
- Verbo in Plutar. lib. de Animi tranquill. relecta.] Titius 1. Contro. c. 24.
- Eunapij Sardiani loci complures emendati.] Canterus 8. nouar. c. 17.
- Euphorionis Calcidici apud Athen. Dipnos. lib. 4. locus examinatus.] Titius 5. contro. cap. 14.
- EVRIP.** versus apud Plutar. in Erotico emendatus.] apud eund. in lib. an Seni gereda resp. alter locus illustratus.] Th. Canter. 1. var. cap. 25.
- Locus correctus, & alii duo explicati.] Canter. 3. nouar. c. 11.
- Alia loca castigata.] Canter. 6. nouar. c. 19.
- Ibid. loca restituta.] Canter. 4. nouar. c. 11.
- In Hecuba act. 2. restitutus locus.] Canterus 6. nouarum. cap. 29.
- In Oreste loca restituta.] Canterus lib. 1. nouarum. c. 9.
- Ibid. loca duo castigata.] Canter. lib. 7. nouarum. c. 3.
- Ibid. locus perpenfus de Helenæ syde. e.] Muretus 6. var. c. 11.
- In Phænissis loca restituta.] Canter. 3. nouarum. lect. c. 3.
- Ibid. versus aliquot castigati.] Canter. 4. nouar. lect. c. 1.
- Ibid. versus aliquot correcti.] Canter. 5. nouarum. c. 1.
- In Medea act. 3. locus correctus, & declaratus.] Muret. 7. var. c. 3.
- Ibid. locus restitutus.] Gughel. 1. versific. 6. & cum Cicerone collatus in Lælio. □
- In Hippolito illustratus locus.] Brodæus 4. cap. 15.
- Ibid. locus restitutus.] Muret. x. var. c. xij.
- In Cyclope versus partim expositi, partim correcti.] Canter. 2. nouarum. c. 21.
- Ibid. locus emendatus.] Canter. 5. nouarum. cap. 29.
- In Andromacha pluribus locis restitutus.] Canter. 1. nouarum. cap. 17.
- In Supplicibus emendata loca.] Canterus. 2. nouar. c. 17.
- Versus apud Porph. cap. de specie explicati.] Muret. 3. var. c. 25.
- Versus apud Plutar. emendatus.] Canterus 1. var. c. 25.
- In Iphigenia loca restituta.] Canterus 6. nouarum. cap. 23.
- Ibid. loci aliquot expositi.] Canter. 7. nouarum. c. 13.
- In Rhelo nonnulla loca declarata.] Canter. 2. nouar. cap. 7.
- In Bacchis versus aliquot castigati.] Canter. 6. nouar. cap. 3.
- In Hercule Furente versus difficillimus correctus.] Canter. 6. nouar. lect. c. 13.
- In Heraclidis loci castigati.] Canter. 7. nouar. cap. 19.
- In Ione locus restitutus.] Canterus 5. nouarum. cap. 19.
- Ibid. versus quidam castigati.] Canterus 5. nouar.

- nouarum cap. xi.
 Ibid. vno loco emendatus.] Canter. 6. nouarum. c. 25.
 In Nutrice locus emendatus.] Muret. 3. var. cap. 11.
 Eiusd. loca duo restituta.] Canterus 4. nouar. cap. 19.
 Eiusd. loca duo restituta.] Canter. 5. nouar. lect. c. 25.
- F
- F**Auorini in Lexico de Omolino correctus locus.] Mercur. 6. var. c. 2.
- G
- G**regorius in suis iambicis emendatus.] Th. Canter. 2. var. cap. 14. de Panthera.
 In Carmine, ad Virgines de pisce Empyro explicatus.] Mercur. 5. cap. 8.
 Apolog. 1. de Episcopi officio tribus locis emendatus.] Canterus 3. nouarum lect. cap. 29.
- H
- H**eliodori locus in Aethiopica Historia emendatus, & auctus.] Canterus 3. nouarum cap. 1.
 Heraclidis locus corrigendus.] Canterus 5. nouarum c. 29.
 Eiusd. versus castigatus.] Canterus 6. nouarum c. 29.
 Hermenopoli lib. 4. tit. 4. de Nuptijs clandestinis locus de Coronis illustratus.] Durant. 1. var. cap. 19.
 Hermetis Trismegi. fabula de horarum. 12. diuisione.] Magius 1. Miscell. c. 15.
 Herodianus lib. 4. hist. de Aduento Consule locus restitutus.] Carrio. 2. antiq. c. 8.
 Herodotus in Cliolocus de Scytharum morbo collatus cum Hippocrate.] Mercur. 3. cap. 7.
 Ibid. locus de *voles* explicatus.] Brodzus 1. Miscell. c. x.
 In Euretpe locus de Nilo explicatus.] Brodzus 3. Miscell. cap. 30.
 In fine Polymniae locus restitutus.] Cartio 2. emend. c. 3.
 Lib. 2. de medicis Aegyptiorum examinatus, & correctus.] Mercur. 2. var. c. 7.
 In 4. verba de pueris aduultis locus notatus.] Mercur. 2. var. cap. 2.
 Hesiod. lib. 3. *gya* & *husa* locus de pedum rumore notatus.] Mercur. 6. var. c. 21.
 Ibid. prouerbium explicatum.] Beroal. in appen. annot. c. 3.
 Eiusd. carmen difficile illustratum.] Canterus 4. nouarum. cap. 3.
 Carmen emendatum.] Canterus 5. nouarum. cap. 23.
 Hesiod. & Homerus eod. vitio repurgati.] Canter. 7. nouarum c. 17.
 Hefychij in Lexico locus emendatus circa litteras Ephesias.] Canter. 1. var. c. 18.
 Ibid. de Omolino correctus locus.] Mercur. 6. var. c. 2.
- HIPPOCRATES de vngueto Aegyptio explicatus.] Mercurial. 2. var. c. 19.
 De Metopio ibidem emendatus.] c. 19.
 Lib. de Medico, locus restitutus.] c. 20.
 Lib. de aere, & aquis locus Aristoteli collatus.] Mercur. 4. var. cap. 4. Magius 1. Miscell. c. 5.
 Alter locus de Scythis Herodoto collatus.] Mercur. 2. var. c. 26.
 1. de articulis 28. de bobus explicat.] Mercur. 5. var. c. 16.
 Ibid. de Syrmacismo locus explicat.] Cagnatus. 2. var. c. 18.
 Ibidem versus Homeri explicat.] c. 19.
 Lib. de flatibus de Medicinae origine explicat.] Cagnat. 1. var. c. 21.
 Ibid. locus difficilis de pestilentia explicatus.] Magius 4. Miscell. c. 9.
 Lib. de nat. pueri locus explicat.] Mercur. 4. var. c. 16.
 Ibid. locus de veste Dorica restitutus.] 5. var. cap. 9.
 Ibid. locus de Ortu plantarum ab Aristot. prehensione vindicatus.] Cagnat. 1. var. cap. 4.
 Alter locus ibid. de Ortu plantarum expl.] cap. 5.
 Lib. de locis in homine locus emendatus de aurium remedio.] Cagnat. 2. var. c. 11.
 Ibidem examinata emendatio alterius.] ibidem.
 Ibid. locus de oculis emendatus.] Mercur. 2. var. c. 8.
 Lib. de affectio. locus de morborum successione expensus, varia lectio allata.] Cagnat. 1. var. cap. 27.
